

SOLEMNIA NVPTIARVM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

Joh. Ernstan. fil.

Weim.

ERNESTI AVGVSTI

SAXONIAE IVLIACI CLEVIAE ET MONTIVM AN
GRIAEC QVOQVE ET VESTPHALIAE DVCIS LANDGRAVII THV
RINGIAE MARCHIONIS MISNIAE PRINCIPIS COMITIS HENNEBERGENSIS
COMITIS MARCAE ET RAVENSBURGAE DYNASTAE
RAVENSTEINII

AVGVSTISSIMI IMPERATORIS VNIVERSI
EQVITATVS DVCIS

NEC NON

DVARVM COHORTIVM EQVEST. ET PEDESTR. PRAEFECTI

CVM SERENISSIMA PRINCIPE AC

DOMINA DOMINA

SOPHIA CARLOTTA ALBERTINA

MARGGRAVIA BRANDENBURGICA BORVSS.
MAGDEBVRG. STETIN. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGA
POLIT. VT ET IN SILESIA CROSSENS. DVCE BVRGGRAVIA NORIMBERG.
PRINCIPE HALBERSTAD. MINDENS. CAMIN. VANDALOR. SVERINEN.
ET RAZEB. COMITE HOHENZOLLER. ET SVERIN. TERRAR. RO
STOCH. ET STARGARD. DOMINA

PATRIS PATRIAE NOSTRI CLEMEN
TISSIMI PRINCIPE FILIA NATV MEDIA

A.D. VII. IDVS APRILIS IN HAC VRBE FELICISSIME CELEBRATA
PLAVSV VOTIVO PROSEQVETVR

ILLVSTRE COLLEGIVM

CHRISTIAN-ERNESTINVM

A.D. XVII. KALEND. MAII. c. 15 CCXXXIV.

QVAM CELEBRITATEM

PATRES CONSCRIPTI PATRONI FAVTORES ATQVE AMICI
VT FREQUENTI CONSESSV ORNENT
PEROBSERVANTER ATQVE HVMANITER ROGAT

GERMANNVS AVGVSTVS ELLROD

ELOQVENT. PROF. PVBL.

BARVTHI LITERIS SCHIRMERIANIS.

Jov.
1734

66



Erum humanarum custodiam, cum DEus summis gubernatoribus
 commendauerit; qui tantum inter homines munus sustinet, velut
 in excubiis est, ut uerae omnium felicitati prospiciatur, periculo
 subtrahatur publica res, leges audacia & petulantia oppresae in-
 dicentur, purioris doctrine bonorumque morum ratio habeatur,
 iniustae denique ac rabiosae hostium cupiditates frenentur. Ne-
 que quisquam melius & gloriostius summorum imperantium de humano genere
 mereri potest, quam si pro omnibus uigilando cunctis inferuiat, nec sibi; sed suo-
 rum in custodiā natūrā se putet. Nulli clarissimorum imperatorum triumphi,
 nullae urbium spectaculissimarum occupationes, nullae finium atque regionum am-
 plificationes plus uerae laudis habent, quam ista vigilantia, ista cura, ista prouiden-
 tia. Praeclare Aristoteles, magistratum, inquit, esse legis custodem: nos
 prorogando illius terminos, custodem civilis societatis principem dicemus, eaque
 descriptione omnia, quam late pateant, eius officia complectemur. Male pro-
 fecto sibi consuluissest humana indigentia, si translata in aliquem supraēma potesta-
 te, plus demum sibi uidisset, quam datum, idque iuris, quo primum gaudebat
 societas, in sui detrimentum tribuissest. Nullum contra manus, nullum illustrius
 beneficium, a DEO immortalī uel habere, uel exoptare possent mortales, quam
 quod unius, eiusdemque sapientissimi, reliqui curae sublīnt, unus excubias agat,
 unus omnium rebus studeat. Subtractis his uigiliis, nihil esset reliquum quod
 maiestatem ornaret, nisi impotens dominatio, & seruiles prope singulorum de-
 missio. Sint alias magni & laudati principes; sint gubernatores domèstici excellen-
 tes prudentia; sint bellicosi, artiumque militarium callentissimi; sed multo es-
 sent illi ipsi maiores, si instruēta domo, parta uictoria, curarent publicae & priua-
 tae cuiusque rei ut bene sit. Id enim in primis efficere bonus princeps debet:
 quemadmodum bonus paterfamilias non tantum cogere liberis patrimonium te-
 netur, sed integratatem mentis ac corporis procurare, mores eorum regere, in-
 genia expolire, pericula declinare, & si quid praeter ea re eorum esse arbitretur,
 adhibere. Sicut autem pauci patres familias in summo hoc opere, uti par est,
 elaborant: Ita & mira horum est raritas, qui tanta uigilantia in administrando

im-

imperio utuntur. Agamemnonem solum vigilantem facit Homerus, (*) ceteris dormientibus, & idem (**) Ioui tribuit, quod, tum reliquos omnes & diuos & homines pernox somnus teneret unus Saturnius insomnis curas pectore sollicito uoluerit: multi autem optimatum, reliquis in suam utilitatem vigilantibus, securi quasi dormiunt. Aeneam siuum Maro cogitabundum singit ac sobrium, & de futuris agitantem animo; reliquis dormientibus, aut vigilantem facit, aut excitat. Vult enim, ut greco iliados auctori in proverbio est, non decere principem solidam noctem dormire. (***) O felix ciuitas! cui princeps praestet, ad morem E-paminondae comparatus, qui Thebanorum Dux, cum cives festis quibusdam diebus solitus compotationibus indulgeret, licentiusque fruerentur uoluptibus, solus uigil ac sobrius arna lustrabat, & urbis moenia circumbat; rogatus uero cur id faceret, sobrium esse se ac uigilare respondit, quo reliquis licet dormire. (****) Hac summorum imperantium vigilantia, si illo unquam tempore opus fuit, nunc profecto, in tanto hoc orbis terrarum disfido, inter tot gentium discordias, ea indigere uideremur. Idque declarauit praeterlapsi demum anno Serenissimus Princeps ac Dominus Dominus ERNESTVS AVGUSTVS, Dux Saxoniae cet. cet. dum in exemplum aliorum regum atque principum, ordinem ut uocant, eumque a vigilantia dictum, excogitauit, excogitatum fundauit, fundatum Caelarea auctoritate firmauit, & qua fieri solet, caerimoniarum pompa introduxit. (*****) Iste symbolum fert: *Vigilando ascendimus.* Quo quidem indicat Serenissimus fundator, velle se cum omnibus bonis non solum principis dignitatem imperando, populumque regendo tueri: verum etiam indefesso studio, cura, sollicitudine orbis terrarum saluti prospicere, sutorumque custodiā, anxiam licet atque molestam, in se suscipere. Quare iussit, ut qui ad hunc ordinem uelint referri, praeter sincerum DEI cultum, adstrictam Casari fidem religiose seruarent, Germanorumque aquilam, inter quaevis pericula, ubique sequerentur. Quamquam uero normam aliis praescribere, & salutaribus praeceptis aliorum animos imbuere, quam praefacta que docuimus, uitamque ad leges nostras adtemperare facilius est: tamen auctor tam illustris, tam splendidae, tam gloriose societas ipse religiosissime ordinis sui regnū satisfecit. Quem enim publicarum calamitatum, in primis praetensis bellī rationes, quac utrum pene his temporibus & soleme familiaris consuetudinis argumentum sunt, adeo fugiunt, ut ignoret, quanta subsidia, quot copias Saxones Imperatori atque imperio miserint. In primis Serenissimus ERNESTVS AVGUSTVS, & conscripto egregio milite, & reliquis omnibus comparatis, quibus fidem liberare posset, ita rei consuluit publicae, ita laberitibus rebus manū supposuit, ut nihil potius istis curare uideretur. Neque tantum in rebus bellicis vigilantem se praebuit ac prouidentem: uerum otium ab his ita etiam impedit, ut terria & ardua ageret & principibus uiris digna. Et quod illustrius ac spectabilius est vigilantiae documentum, quam quod in ipso felicissime contracto matrimonio effulget? Namque, qua potissimum re populi eius exhilarantur, tantam spem ab eo euenui recipiunt sui, ut ab hac copula ingentem nouarum opportunitatum pendre cumulum firmiter sibi persuadeant. Quid enim optati Vinariensibus eueniē posset, quam EAM excipere atque uenerari sub testis suis, ex qua prodire aliquando confidū eum, sub eius umbra atque praefidio quiescant, qui solum autum occupet, cūcumque desideria expletat. Publica hoc diu fuit expectatio, & piorum uotorum argumentum. Atque hoc quidem

(*) *Iliad. L. II.*

(**) *I. c.*

(***) *Erasmi Adag. epit. p. m. 872.*

(****) *Plutarchus in libello a uerissimo ducem imperit.*

(*****) *Iussum eius descript. vid. im Cabinet grosser Herzogenp. 799.*

dem erat adhuc etiam in urbe nostra communis dicendi materia, nuptiam esse tan-
to heroi SOPHIAM CARLOTTAM ALBERTINAM, egregiam principem, &
formam, & modestiam, & pudicitia admirabilem, & supra eloquentissimorum laudem
positam. Fuit & est una fere congratulantium uox, & laetitia non illustrum so-
lum domos, mentesque clarissimorum uirorum peruagata est: uerum etiam ad
tuguria pauperum, ad tenebricofas popinas, casasque colonorum pefterauit.
Obliti hi pene sunt, prae gaudiorum amplitudine, funestis belli clamoris, coeci-
que illius metus, quo abrepti, in ancipiit fortuna belli animos cogitationesque
habebant defixos. Videbantur noctes esse ueluti auerruncum impendentium cala-
mitatum. Et quae mira iudicantium de re tanta fuit consensio? Neque enim optimates
effugiant gnauiissimorum etiam tenebriōnum iudicia. Nam & in foro ar-
deliones, in porticibus, in coenis, tanquam in concilio Amphictyonio de re-
bus principum perorant, & quae ad omnes pertinent, laudant pro captu atque
extollunt. Hie autem tanta conspiratio, tam mirificus se prodit adplaudentium
consensus, ut a laitoribus usque ad faciem populi nemo sit quem non recreet
tanti coniugii faustitas, qui non celebret coniunctorum felicitatem. Mihi vero
non exponere nunc lubet harum rerum magnitudinem, sed qui expoſitari sint
indicare. Partes nimurum gratulantium imponi sibi passi sunt, tres Collegii no-
stri ciues, ingenio, modestia, pulcrisque profectibus ornati:

GOTTLOBIVS VILELMVS ROESLER Baruthi-
nus,
THEOPHILVS CHRISTIANVS HANNIBAL
CRAMER Vonfideliensis,
VOLFGANGVS LDOVICVS GRAEFENHAN
Vilmersdorff-Francus,

quorum primus, *de commodis ex illustrium cognitionibus ad salutem publicam tem-*
pore belli redundantibus latine; alter *de ordine, quem uocant, uigilantiae, in coniu-*
gio Serenissimi fundatoris felicissime adplicato; sermonē patrio uerba faciet; *ultimo*
felicia quaueis carmine uernacula precabitur. Supereft, ut formula nobis solemnī
uos adloquar, Maecenates, patroni, fautores, ciuesque litterati cuiuscunq[ue]
ordinis, uelitis, si per tempus & uestra negotia licet, excitare pietatem
nostram, & sacra piaque uota nobiscum conferre. P. P.
Dom. Iudica clio CCXXXIV.



SOLEMNIA NVPTIARVM SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI DOMINI

ERNESTI AVGVSTI

SAXONIAE IVLIACI CLEVIAE ET MONTIVM AN
GRIAEC QVOQVE ET VESTPHALIAE DVCIS LANDGRAVII THV
RINGIAE MARCHIONIS MISNIAE PRINCIPIS COMITIS HENNBERGENSIS
COMITIS MARCAE ET RAVENSBURGAE DYNASTAE
RAVENSTEINII

AVGVSTISSIMI IMPERATORIS VNIVERSI EQVITATVS DVCIS

NEC NON

MORTIVM EQVEST. ET PEDESTR. PRAEFECTI
ERENISSIMA PRINCIPE AC
DOMINA DOMINA

HAC CARLOTTA ALBERTINA

VIA BRANDENBURGICA BORVSS.
STETIN. POMERAN. CASSVB. VANDAL. MEGA
ILESIA CROSSENS. DVCE BVRGGRAVIA NORIMBERG.
RSTAD. MINDENS. CAMIN. VANDALOR. SVERINEN.
OMITE HOHENZOLLER. ET SVERIN. TERRAR. RO
STOCH. ET STARGARD. DOMINA

PATRIAE NOSTRI CLEMEN PRINCIPE FILIA NATV MEDIA

APRILIS IN HAC VRBE FELICISSIME CELEBRATA
LAWSV VOTIVO PROSEQVETVR

LVSTRE COLLEGIVM

TIAN-ERNESTINVM

A.D. XVII. KALEND. MAI. 1534.

QVAM CELEBRITATEM
SCRIPTI PATRONI FAVTORES ATQVE AMICI
VT FREQUENTI CONSESSV ORNENT

ERVANTER ATQVE HUMANITER ROGAT

INVS AVGVSTVS ELLROD ELOQVENT. PROF. PVBL.

BARVTHI LITERIS SCHIRMERIANIS.

Farbkarte #13

